



## **Heroicarvm Et Ecclesiasticarvm Quaestionvm Libri VI.**

Sex libris prioribus universa Regalium, Iurisdictionis Ecclesiasticorum  
Temporalis Et Constantinianae Donationis ratio discuitur ... contra  
profanas & vanas cuiusdam Bodini novitates

De Satvrnino Permvttationis Beneficialis (Etiam Triangvlaris) - iure  
Commentarius ad omnes Pontificum Constitutiones hûc pertinentes;  
contra sceleratas & impias Ecclesasticorum beneficiorum mundinationes &  
heriditarias quasi successiones

**Epo, Boetius**

**Duaci, M.D.LXXXIIX.**

209 Beneficia sperata vel expectata possintne permutari.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61721)

fuis excidere beneficiis, propter causam in beneficiis vnitis modò memoratam; nisi sic extinctio decreta fuerit vt etiam permutationis causa nominatim & expressè compræhenderetur. immò si contra suum decretum seu statutum semel admiserint aliquem Capitulares vltra numerum constitutum, recessisse censentur à suo decreto, liberrimaque reddetur permutatio quibusuis. arg. cap. pro illorum. de præbendis. vbi Põrifex propterea supernumerariũ cogit admitti quòd Capitulares ipsimet numerum consuetum sponte sua superassent aliàs admissio quodam. qua de re plusculum Senensis quæst. 34. & quæst. 35. de statuto simul quærens iurato, & quidem per Episcopum vel etiam per ipsum Pontificem confirmato. nos ad reliqua tandem pergamus.

207  
Statuti Cã-  
pitularis ne-  
glectio.

Ait Pont. *illos tamen qui secundum formam iuris*. Intelligit Pontifex permutationem canonicam quæ fit ordinario consentiente comprobanteque, secundum iura superioribus capitulis tradita.

208  
Forma permuta-  
tionis.

Ait Pont. *Sua beneficia*. Quid igitur est sentiendum de beneficiis nondum suis at speratis dumtaxat, vt expectantiũ præbendas primũ vacaturas, ecquid & eas rectè permutabũt expectantes hi? Non videtur; eo quòd in permutatione requiratur datio rei (non spei) pro re l. i. in fin. .n. de rer. permut. l. naturalis. in princ. vers. fin autem rem do. .n. de præscriptis verbis & in fact. act. l. vlt. .n. de condict. cau. dati cau. nõ sec. Accedit, quòd gratiæ tales expectatiuæ

209  
Beneficia spẽ  
rata vel ex-  
pectata pos-  
sintne permutari.

h ij fin

sint omnino personales, ita ut vacatio futura nulli possit alteri prodesse nec ius expectantis in alterum transferri arg. cap. P. & G. de off. & potest. iud. deleg. ubi ne delegata quidem iurisdictio poterit ad alias prorogari personas, quod plenius explicat Senensis d. Tract. de permut. quæst. 13. Sequitur hinc, & eos qui beneficia quidem habent sed non iure habent, ut Simoniaci vel similes alij legitima seu canonice provisione carentes atque destituti, permutando talia beneficia cum beneficiis aliis causam suam nihilo facere meliorem. Nam tamen si nova post resignationem interueniat collatio nouaque per hanc titulus, mens tamen Collatoris alia non est, nec alia esse iure potest, quam ut ne plus transeat iuris in alterum permutantem quam habuerit permutans alter; qui quoniam nihil habuit iuris, nihil quoque per viam permutationis transferre potuit in alterum. quare pessimo quodam sibi consulit emplastri genere qui pro beneficiis male partis & quaesitis alia sibi pro illis per viam permutationis nundinatur beneficia. Tantè scilicet est momenti beneficia verè esse sua. i. ipsorum permutantium propria seu canonicè quaesita. Meminit huius & idem Senensis d. Tracti quæst. 10. Facit hinc etià cap. cum venerabilis. de except. ubi pontifex verè rectissimeque scribit, permutationem cum alio quam cum domino vel cum eo qui habeatur loco domini legitime non celebrari. quod ait *cum eo qui habeatur loco Domini*, pertinere videtur ad bonam fidem permutantis cum altero

210  
Beneficiaque  
non iure possi-  
dentur an ve-  
niant in per-  
mutationem,  
& ex ea inci-  
piat iure pos-  
sideri.